Literæ paucæ sunt, ad superiorum filum pertinentes. IIIVIR. A. A. A. F. F. in medio. S. C.
Aeneum eum nummulum uidisse me recordor Romæ apud D. Antoniū Augustin.

In una parte.

91. Simpullum ac lituus, religionis signa impressa sunt, cum superscriptione huiusmodi. SILIVS ANNIVS LAMIA.

In altera.

Series literarum continuatur ad superiores. IIIVIR. A. A. A. F. F. in medio sunt. S. C.
Nummulus hic æneus à me Romæ uisus est apud D. Antonium Augustinū.

In una parte.

92. Congius summa imagĩs sui partibus, æquali capacitate: circa sui medium in conum decrescit. Inscriptio. IIIVIR. A. A. A. F. F.

In altera.

Cornucopiæ est erectum in medio. hinc inde. S – C. Circum. SILIVS ANNIVS LAMIA.
Nummulum hunc æneum memini me in manibus habuisse, ac uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

93. Ara cernitur, non admodum elata, sertis obuincta, quadrangulari forma. Circumscriptio. SILIVS GALLVS IIIVIR.

In altera.

Literarum in superficie ordo erat huiusmoi.

APRONIVS